



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cautio Judicialis Prælatorvm, Ecclesiasticorum & Regularium

**Dript, Laurentius a
Neuhaus, [1684]**

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63260](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63260)

A P P R O B A T I O.

Ignorantia Judicis plerumq̄ calamitas est Innocentis, inquit S. P. August. l. 19. de Civ. Dei, c. 6. Ignorantia S. Canon. Jud. Ecclesiast. & Regularis, qualis & quanta possit esse subditorum calamitas, in opusculo, cujus titulus est (*Cautio Judicialis Prælator. Ecclesiastic. & Regularium, &c.*) probavit eruditè & clarè ex Jure Canonico Reverendiss. & Amplissimus Author, Laurentius à Dript, Ord. S. Bened. Professus Gladbacensis, S. Theol. Lector, Celsiss. & Reverendissimi Principis & Episcopi Paderbornensis in Ecclesiasticis Consiliarius, & Vicarius in Spiritualibus Generalis. Hinc, cum nihil contineat contra fidem aut bonos mores, dignum judico, quod mediante typo & prælo lucem videat, ut, qui ignorant, in eo possint discere; Subditi, in quibus & qualiter sit obediendum, & Prælati qualiter in judicando & præcipiendo sit procedendum, nisi, quod absit, *erubescant discere, quod ignorant*, contra Monitum S. P. Aug. *serm. 38. de temp.* Colonix in S. August. Conventu Anno 1684, die 10 Martij.

F. Joannes Sch Weitzer, Ord. Erem. S. P. Augustini, Provinciæ Coloniens. Provincialis, S. Theol. in Univers. Colon. D. & Prof. Ord. ac Publ. S. Facult. Theol. p. t. Decanus.